

Johann Bacmeister

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Joannes Bacmeisterus, D. ...
Ad iusta Exequialia Quae Iuveni ... Dn. Joanni Ludolpho Elers/ Bardevicensi
Luneburgico Phil. & S. S. Theol. studioso Parentes Moestissimi absentes
Interprete Dn. Hospita Vidua Helingiana fieri curarunt ... Omnium Ordinum Cives
Academicos Studiose invitat ... : [P.P. Sub Sigillo Rectoratus die XII. Iunii, Anno
CI IC LXXXIV.]**

Rostochi[i]: Weplingius, [1684]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn751405116>


Druck Freier  Zugang



Bacmeister, J.,
in
J. L. Eler.

Rost. 1684.





125

PROGRAMMA

^{2^{do}}
RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
JOANNES BACMEI-
STERUS, D.

Med. & sup. Math. Prof. P. Facult. Med.
Senior & p. t. Decanus.
Ad iusta Exeqvialia

^{Quæ}
Juvenidum viveret Præstantissimo & Literatissimo

DN. JOANNI
LUDOLPHO **Elers** /

BARDEVICENSI LUNEBURGICO
Phil. & S. S. Theol. studiofo

Parentes Mœstissimi absentes

Interprere

Dn, Hospita Viduâ HELINGIANA

fieri curarunt


Omnium Ordinum Cives Academicos

Studiosè invitat.

Conventus fiet in æde D. Nicolao sacro ad horam I.

ROSTOCHI,

Prælo JOH. WEPLINGII, UNIV. TYPOGR.





Maximam Gentibus ferme universis post natos Homines honestæ sepulturæ curam fuisse insitam, vel sanctissimorum Patriarcharum Abrahami, Isaaci, & Jacobi exempla in sacro Codice expressa abundè satis comprobant: quorum æmulos sese postmodum ostenderunt Ebrai; A quibus alia Gentes, ut plura alia, ita quoq; illa, quæ sepulturæ inserviunt, didicisse videntur, quæ progressu temporis tanto sepulturæ desiderio flagrarunt, ut etiam, Tertulliano teste, insepultos non ante ad inferos sive domum Plutoniæ redigi vel migrare posse arbitrarentur, quam iusta perceperint, secundum Homericum Patroclum filius in somnis de Achille flagitantem, quod non aliàs adire portas inferû possit, arcibus eum longè animabus sepulorum. Quod & Sybilla de huiusmodi animabus refert

Hec omnis, inquit, quam cernis inops inhumataq; turba

Portitor ille Charon: hi vos vehit unda sepulti,

Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluentæ

Transportare prius, quam sedibus ossa quierunt. hic. priusquã sepultura donata sunt. Neq; enim hodiè jus hoc receptum est aut heri: eternitate fixum ab omni sed viget: neq; origo qua sit ejus ulli cognitum est. Hinc Arminius vetustissimus poeta.

Humano generi posuit natura creatrix

Hanc legem, ut tumuli membra sepulcra tegant.

Sunt itaq; nobis connata immortalitatis semina, cuius ad eò appetentes sumus, ut & sepulturæ prospiciamus: & nolimus cadaver nostrum male haberi. Nec obstat, quod quidam mortalium tepeliendi curas susq; deq; habuere uti de Diogene Cynico & Theodono Cyrenæo Eloquentia parens Cicer lib. 1. Tusculana quæst. nec non de Demonaste Erasmo Roterod. 1. 8. Apophtegmas referunt. Vox enim Ethnica, non autem Christiana est Poëta illius: *Facilis jactura sepulchri est.* Nos DEI verbo edocti, cum magnâ reverentia ac devotione defunctorum

Chri-

Christianorum & quorumvis etiam hominum corpora sepeli-
amus. Et quid ni reverenter illa tractemus, quæ Deus in enar-
bili gloria quondam decorat e non dedignabitur? Neq; enim
nos illud negligere, aut immani barbarorum more abycere de-
bemus, quod Deus tantâ curâ ac providentiâ custodit & ad su-
am gloriam æternam excitabit. Hujus piæ considerationis
ac Christianæ Meditationis ansam nobis præbet Præstantissi-
mus ac Literatissimus juvenis JONNES LUDOLPHUS *Glers* /
S.S. Theol. Studiosus solertissimus. Hic nobis exemplar in suo
Corpore editum exhibuit, quod alias communi circumferri
Proverbio solet, cum passim dici audimus, *Senibus mori necesse
esse, juvenes mori posse.*, Elogium quidem Pacis inter alia con-
tra bellum hoc est, quod in bello parentes filios; In pace filii
parentes sepeliant: Verùm ordinem hunc mortalitatis non ra-
rò etiam in pace turbari vel idem ipse testatur. Quem enim
ante paucos menses firmum vegetumq; animadvertimus, mor-
bo superatus obiit, & jussu Parentum superstitum senio & infir-
mitate confectorum sequiore sui parte, matri terræ solenni ri-
tu mandandus venit. Agricola cū terram aratro fauciat, sulcos
ducit, bubus suis excolit, glebas in pulverem redigit, quisquili-
as eruncat, opus, cujus finem futurum expectat, vix incepsisse
videri potest; at quantum jam illi labor est exhaustus: Post ubi
semen diviti terræ gremio comisit, & jam germinat, grando
nonnunquam & uredo nocet, spes enecat, hominumque bo-
umque labores evertit. Ita & cum hoc juvene rem comparatam
fuisse hodiernus docet dies. Vidimus; proh! vidimus Ado-
lescentem p. m. egregiæ indolis, majoris spei, quem læva no-
bis Parca eripuit. Vidimus ipsum florentem & jam jam mes-
sem ingenii ac studiorum suorum imminentem mœstissimis
parentibus promittere. Rapuit illum seu interceptit Mors, quæ
non ipsi dolenda accidisse potuit, quam ita tulit, sed differenda
solum, ne, quibus deberetur solatium, isto fraudarentur. *Qui
filio*

filiorum nomen quandoque usurparunt, ac Patres audiunt, soli scire quoque possunt, quam suave id sit ac jucundum. Inde vidimus nonnullos ad nuces olim projectas se rursus demittere, globulos nonnunquam senili manu torquere, cum Spartano Rege arundines inequitare, & alia ludicra exercere, non ob alium finem, nisi ut per ludum ac jocum tenelli infantuli patris vultum paulatim agnoscant, loqui conentur, incitari actiones velint, dumque id agant, suam voluptate Patrem perfundant. Magna hæc sunt delectamenta & in ista ætate: quanta autem putes mox futura, cum jam sapere filius incipiat, ac scire, quid sit filium esse h. e. parentibus morigerum, facilem, obsequentemque; artes præterea noscere, quibus commotus ad iram flecti, & deinde placari possit. Hæc & alia Parentum suavissima sunt gaudia, solæ atque unicæ voluptates, mera ac solida felicitas. Animadvertunt sapientes rerum naturæ indagatores, unam eandemque rem duplicem bonum & malum habere effectum. Hæc inter referat aliquis Mortem, quæ verè nihil, ubi advenit, dum expectatur, magnos terrores sui faciens, de quâ dici potest convenientissimè, præsentiam ejus famam minuere. Hæc gravis parentibus cum liberos defalcet, qui non unum vel alterum annum vivere digni erant, sed summum vitæ nostræ fugacis terminum attingere, qui, ordine naturæ observato, suis Genitoribus oculos claudere, suprema ipsis pietatis officia exsolvere debebant. Hæc adeo molesta est, ut lacrymas & Viris exprimat, lamentis ædes personare, flebile illud cheu! subindè ingeminare cogat, veluti de Priamo supremo Trojanorum Tyranno super Hectoris fortissimi necem, apud Vatem Mœonium legimus. At vide, numquid & non indè sibi solatium accersat Pater Mœstissimus? sic sane. Qui enim, licet præmaturâ morte subreptus spes est frustratus, bonam quidè memoriam sui, temporis vero iniquissimas condiciones reliquit, sibi æquus, aliis non iniquus videri potest. Hæc tui filii p. m. Virtutes, quibus
inter

inter cœteros conspicuum se exhibuit, illa ejus eruditio & probitas, semper tibi erunt solatio, cum quandoq; tristis hujus temporis cogitatio te subjerit: *Quin* &, si tempora, & in deterius ruentis seculi labem respicias, gratias agas DEO, qui ex tumultu belli, ex colluvie vitiorum, quibus quotidie colluctamur & malorum hominum injuriis, quibus exponi honesti & bonifolent, transfulerit hunc tuum filium in regiam cœlestem, choros angelicos, ubi gaudiis nunquam finiendis, his terrenis exemptus sordibus, fruatur. Quod Natales ejus concernit, produxit *Joan. hunc* nostrum DN. JOANNEM LUDOLPHUM **Plers** / in hanc lucem non Arcadia vel ultima Thule, sed Ducatus Luneburgensis, non Ithaca asperriimis saxis seu nidulis affixa, sed totius Saxonie septentrionalis Civitas antiquissima & opulenta valde secundum Helmoldum in Cronico Slavorum BARDEVICUM, quam Anno DCCCCXC. ante natum Christum conditam esse perhibetur, dummodò versiculi fiderentur, qui etiam hodiè foribus Basilicæ Cathedralis in rudibus ibidem incisi leguntur.

Abram dum natus mox Treviris incipit orius


Hinc annis Bardvic mille, sex. X. quog, quing.

Hanc Henricus Leo A. M. CLXXIX. v. Kalen. Nov. expugnavit & funditus destruxit, nec pepercerunt viri bellatores Ecclesiis vel cœmiteriis; sed ablatis omnibus succenderunt eam igne. Patrem salutavit Virum Pl. Rev. Nobilissimum ac spectatissimum DN. CHRISTANUM **Plers** / Canonicum seniore Bardo-
vicensem gravissimum. Matrem vero Matronam æstimatiss. ELISABETHAM **Sechten**: Avus ei pateruus fuit Vir Pl. Rev. ac Clariss. Dn. JOHANNES **Plers** / Pastor olim Kirchgeller-
fensis prope Luneb. optime meritiss. Avia Paterna MAGDA-
LENA **Xentorffen** / Matrona præstantiss. Avus Maternus Dn. JOANNES **Sechte** Pastor Soltzhausensis vigilantissimus, quem proximo post nostri *Joannis Ludolphi* obitum die fata quoque sustulerunt. Avia Materna ELISABETHA **Oelfen** / quæ & ipsa
pri

pietate & virtute Matronali florēt. Proavum Paternum nomi-
 navit Virum summè Rev. & Excell. Dn. M. HENRICUM *Glers*/
 Canonicum Seniorē & Superind. Bardevvicens. venerandum:
 Proaviam vero paternam ANNAM *Gödemans*/fœminam.
 lectissimā. Proavum Maternum adeptus est DN. M. JOACHI-
 MUS *Fechte* Pastorem Pattensensem benè meritum, Proavi-
 am autē Maternam ELISABETHAM Calenempiam, & pro-
 bam Matronam. His ille parentibus ac Majoribus pocreatus,
 genus deduxit. Ut primū verò lucem viderat, cura proxima
 fuit, ut sacro baptismatis lavaero à peccatorum sorde purgare-
 tur, quod etiam xxv. Febr. die more in Ecclesiis nostris recepto
 peractum est. Postmodum hunc suum Filium Parentes in timo-
 re Domini privatim educarunt. Cum vero in hac prole ma-
 sculā indolem eximiam in ætate adhuc infantili promicare a-
 nimadvertent, eum non Mechanicæ cuiuspiam officinæ man-
 ciparunt, sed studiis liberalibus sacrarunt. Verè namq; sta-
 tuerunt esse hoc patrimonium raptus, incendii, furti, belli,
 aliorumque eventuum periculis minimè expositum. Nec ve-
 rò Parentum hocce pium votum felici successu caruit. Præce-
 pta namque pietatis & primarum literaturarum à teneris, quod di-
 citur, unguiculis partim innatā ingenii felicitate, partim Præ-
 ceptorum in Scholā pattia sedula opera adjutus, mente adeo
 avidā imbibit, ut etiam ab iisdem dignus iudicatus sit, qui ad
 Scholam Johannitanam, quæ Luneburgi est, ablegaretur. In
 qua principia artium & studiorum politiorum sub fidelissima
 informatione ejusdem Scholæ Rect. Clariss. Dn. M. Joachimi
Reiskij, & Dn. M. Christophori Henrici *Lauterbachen*/
 Con-Rect. vero Dn. Alberti *Schulzen*/integro sexennio gnau-
 ter excoluit. & Xystum Philosophicum felicissimis auspiciis ita
 decurrit, ut An. MDC LXXXIII. die xxxvii. Maij. Testimonio e-
 gregio Dn. Præceptoris exornatus, & subsidio politioris litera-
 turæ suffultus Academiam hanc nostram velut uberiorem stu-
 diorum mercatum accedens, eam sibi propitiam & benignif-


sumam matrem expertus sit. Fidelis quippè hujus Academiæ
alumnus agnitus, à Dn. Prof. tam Philos. quam Theologiæ ce-
leberrimis favorem ac benevolentiam adeo promeruit, ut ipsi
liberum esset, vel quovis momento eos adire, deque rebus
dubiis cum ipsis conferre. Horum itaque ductu, industriam
& dexteritatem in illis, quæ ad veram Philosophiam perdiscendam
necessaria, maximo cum ardore hausit, ut eò expeditius ad cul-
men omnium disciplinarum Theologicarum contendere & per-
venire posset. Cui ejus ardori & festinationi Vir Max. Rev. No-
biliss. ac Excell. Dn. JUSTUS CHRISTOPH. SCHOMERUS,
S.S. Theol. D. P. P. & Superint. Meklenb. uti & Pl. Rev. Excell. ac
Clariss. Dn. M. GOTLOB FRIDER. SELIGMANNUS, Phys. &
Metaph. Prof. ac Cathedr. Eccles. Archidiacon. heic Rostochii ce-
leberr. uterq; Collega noster junctiss. tantum calcem addi-
derunt, ut vel nunquam sive in publicis sive in privatis Lecti-
onibus ab eorum latere avelli potuerit, tantumq; in illis lecti-
onibus impendit diligentiam, quantum à juvene doctrinæ cœli-
tus patefactæ scientissimo desiderari poterat. Professus
quoq; inter ceteros nomen erat in Collegio Theol. Disputat.
sub Præsidio Viri summè Rev. ac Excell. Dn. AUGUSTI VARENIJ,
S.S. Theol. D. & Prof. famigeratiss. de Acad. nostra & Univer-
sitate Christi optime meriti, habendo: verum fata & Dn. Præ-
sidis & Dn. Auditori terminum anticiparunt. Talis igitur
noster erat, ut ad summam diligentiam, quanta quidem ab
ipso postulari poterat, nihil faceret reliqui, ac nemo dubitaret,
quin eam comite & Deo imprimis duce, utilissimum aliquando
Ecclesiæ Christianæ organon evasurus esset. Excreverat enim
hicce hedrae instar, quam Jonas depingit, in eam altitudinem,
ut in ejus pulchritudine Parentes sese oblectarent: sed cheu!
summus hortulanus & Agricola experientissimus Eurum pe-
netran-

metrantem concitando & vermem mortalitatis immittendo,
hederam vernantem in primo juvenilis ætatis flore corripuit, &
febrili calore ceu uredine ita exussit, non obstantibus exquisi-
tissimis etiam Medicamentis, tum ab Excell. Dn. D. BERNH.
BARNST. tū à memet ipso indefesso studio exhibitis, ut 19. Mar-
tii hujus anni Mensis die circa s. pomeridianam ædificium hoc-
ce mundanum, quod putrem Philosophus Gorgias, & fragilem
Divus Paulus domum appellat, postquam in antecessum à Dn.
Confessionario Viro Pl. Rev. & Excell. Dn. JOANNE NICOL:
QVISTORPIO S.S. Th. L. & Archid. Nicol. benè merito, sacro
& Eucharistico animæ nutrimento refocillatus, & viatico saluti-
fero instructus, aphorismisq; aureis ex instructissimo suo divino
Myrothecio depromptis consolatus esset, gestiens meritumq;
CHRISTI ingemiscens reliquit, & ex hisce compagibus libe-
ratus per mare Erithræum transiens in terram promissam & cœ-
leste *παλιόριον* properavit. O Felicissimū nostrum ELERUM, qui
maturiùs ex hoc vitæ gurgustio liberatus est! O beatum
hunc palmitem, qui amputatis miseriarum fibris radici Jes-
sæ reunitus, Christi sanguine irrigatus, in Abrahæ sinu plan-
tatus, æternum floret. Hæc dum propono, Cives Academi-
ci, quid à vobis contendam, neminem puto esse, qui non in-
telligat. Ecclesiasticus mortuis gratiam præstandam, hoc est
justa exequialia exsolvenda præcipit. Nostra nunc res agitur.
Gratificamini gratiam Juveni vestri ordinis erudito, pio, Mo-
desto, iisq; ornato dotibus, quibus vos operam quotidie locatis.
Pedibus munifici estote, mecumq; hodie ad dormitorium,
quod ipsi in Æde Nicolaitanâ à moestissimis Parentibus emptū
est, ite exeqvias. P. P. Sub Sigillo Rectoratus
die XII. Junii, Anno CIOICLXXXIV.





simam matrem expertus sit. Fidelis quippe
alumnus agnitus, à Dn. Prof. tam Philos. quã
liberrimis favorem ac benevolentiam adeo pr
liberum esset, vel quovis momento eos ad
dubiis cum ipsis conferre. Horum itaque
& dexteritate in illis, quã ad veram Philosophi
necessaria, maximo cum ardore hausit, ut eò
men omnium disciplinarum Theologicarum
venire posset. Cui ejus ardori & festinationi
biliss. ac Excell. Dn. JUSTUS CHRISTOPH.
S.S. Theol. D.P.P. & Superint. Meklenb. uti &
Clariss. Dn. M. GOTLOB FRIDER. SELIGN
Metaph. Prof. ac Cathedr. Eccles. Archidiacon.
liberr. uterq; Collega noster conjunctiss. tã
derunt, ut vel nunquam sive in publicis sive
onibus ab eorum latere avelli potuerit, tant
onibus impendit diligentiam, quantum à juven
tus patefacta scientissimo desiderari pote
quoq; inter ceteros nomen erat in Collegio
sub Præsidio Viri summè Rev. ac Excell. Dn. AU
S.S. Theol. D. & Prof. famigeratiss. de Acad. i
Eccles. Christi optime meriti, habendo: verus
fidis & Dn. Auditori terminum anticiparus
noster erat, ut ad summam diligentiam, qu
ipso postulari poterat, nihil faceret reliqui, ac
quin eã comite & Deo imprimis duce, utilis
Ecclesiã Christianã organon evaluurus esset.
hicce hedrã instar, quam Jonas depingit, in
ut in ejus pulchritudine Parentes seie oblect
summus hortulanus & Agricola experienti



the scale towards document

emita
ce
t ipfi
ebus
stria
dam
cul
per
No
RUS,
ell. ac
nyf. &
ii ce
addi
ecti
lecti
coeli
fessus
utat.
ENII,
versa
Præ
gitur
m ab
taret,
ando
enim
nem,
cheu!
m pe
tran